

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 91v–92r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 20

[20] De debito per iuris extorsionem.

Quicumque aliquem coram iudicio impulsaverit, si debitum tacto iure consecutus fuerit, opportet eadem die solvere et iudex in eo suam penam aquisivit. Sin autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, quod solvere tenetur infra duas ebdomadas, et si tempore statuto non solverit, extunc iudex [k. 92r] in eo suam penam aquirit et mandet solvere ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. Quociens tunc mandatum debitor adimplere neglexerit, tociens suam penam iudex in eo aquisivit. Si penam iudici et debitum creditori solvere contempserit, extunc fiscatur sua possessio. Per hoc conpellitur, quod debitum creditori et pena iudici persolvatur. Si autem possessione caruerit, extunc banno conpellitur, extunc bene potest comprehendendi, ubi visus fuerit pro debito et pro pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit penam iudici demeretur.

^a w rkps. viii^o

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]